



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

Notissimum quoque quod de B. Augustino cōmentarios de Trinitate cogitanti refertur puerum illi visum, qui casto & irritō conatu cum Amphitrite Nerea, quantus quantus est, in exilem serobem cochleari infundere nitebatur *b*, quem angelum fuisse non est ambigendum, non magis quam alium illū, quem peruetus historia certaminis D. Dorotheæ narrat *c*, similem puero quadrimo pulchellulo & tenellulo rosas suaue rubentes & mala recētia Theophilo, vt animosa & Deo fidens virgo promiserat, hyemedia, attulisse, cū illis in locis cuncta gelu vi frigoris cōstricta horrerent. Ruffinus etiam & D. Bonauentura testantur, D. Gregorio Nazianzeno se videndam obtulisse Sapientiam cum Castitate, & posset quis, nisi per soporem hoc illi contigisset, suspicari scēmineo cum schema Angelos fuisse. D. Laurentius Iustinianus *d* affirmat, sibi virginem quandam sole candidiorem apparuisse, quæ se sapientiam Dei esse diceret, quæ propter hominum reformationem humanā formam suscepisset, & ab eo in sponsam recepta dato, pacis osculo, recesserit: atque hūc fuisse D. N. Iesum hac illi forma apparentem, volunt illius vitæ scriptores *e*. Arbitrari potius Angelum fuisse, quod si Christus ipse scēminea in forma apparuit, cur non Angelos eadem in forma se conspiciendos præbere nonnunquam credamus? Exstat Diui Gommari, quem Brabantini mei venerantur, vita, vel à Theobaldo, vel alio quopiam antiquo & disertō scriptore, literis tradita: vbi si reperias angelum à Deo missum, in columbæ specie mirabili splendore rutilantis, supra tentorium se conspiciendum præbuisse, & peregrinationem quam animo voluebat dissuasisse, sublimiorum studiorum atque operum propōita com-

b Iacol. de vora gine. ser. 1. de Trinit. & alij hō uclit. r. apud Sur. cō. 1.

d in Fasciculo A. motis.

e Bernard. Iustinia, in eius vita c. 1. apud Sur. tom. 1.

f l. 8. apud Sur. ro. 5.

A mutatione, cui cum vñ sanctus paruerit, nihilque inde sit subsecutum, vnde dæmonis fallacissimi queat illud deprehendi, cōplura vero, vnde id diuino mandato factum appareat, neque dæmones colūbæ adhuc speciem Spiritui Sancto dicatam abufos meminerim, boni hanc Angeli apparitionem fuisse, mihi persuadeo. Sed & alia visio vigilanti Vvamberto oblata, videtur docere in aquilæ ingentis forma angelum apparuisse. [Apud Sur. in vita S. Bertraphi cap. 12. Ianuar. die 5.] quamuis si quis contenderet, hanc veram auem fuisse, vt & illa videtur, de qua in translatione S. Laudoaldi scribit *libro primo*. Nogerus Episcopus (*Sur. tom. 2.*) non valde repugnari. Hæc ergo & similia, ne Notis ab illis traditis indubitater assentiar, memorantur: sed imprimis, quia totam hanc spirituum discretionem, quod illi non diffitentur, ex diuina potissimū reuelatione, arbitror dependere. Propterea tutius & præstabilius iudico cum B. Augustino *g*, meam hinc ignorantiam fateri, & discipulū me præstare, quā præcipiti temeritate aliquid definire, vel agere præceptorem, res enim hæc altior est, quā vt à me possit attingi, & abstrusior, quam vt erueret, & profundior, quam vt vadare queam, Hæc pro tertia probatione.

SECTIO IV.



E Varta petita probatio est ab auctoritate diuina & humana, humanam voco quæ nō est petita ex sacris Theologiæ, sed ex humanæ sapientiæ abditis, diuidamus has probationes, & sit quarta illa, quam ex Gentiliū opinione initio quæstionis fusc deduxi: quibus adde hoc censentes Platonē, in *Phædone*, Trismegistrum, *epistol. ad Tatium*, Apul. *apol. 1.* Maximum Tyrium, *lib. de*

gli. de cura pro mortuis. c. 16.

Deo Socrat. Plutarich. in Bruto. Plin. Iun. in epist. Lucian. in Philop. uide. vt omit- tam Homerum, Æthyl. Eurip. Vir- gil. Senecam & ceteros poetas: immò & Historicos, Dionem, Paufan. Tacitum, Sueton.

Quinta probatio petitur ex scriptis quorundam astrologorum, qui cen- sent animarum apparitiones, ab astro- rum certa coniunctione, & influxu pendere, vt Ptolomæus, Iulius Firmi- cus, Albumazar, & alij Arabes, quos se- cutus Pomponatius, quorum hæresim, etsi verissimis argumentis doctè alij confutarint *b*, tamen inde patet, etiam hos homines, ferme atheos, apparitio- nes animarum admisisse, vt illis nostri hæretici merito iudicentur deteriores.

Sexta probatio defumi potest ex o- pinionibus Chaldaeorum, Mahumeta- norum, Cabbalistarum, & Rabbino- rum; quorum omnium vnanimis sen- tentia animarum apparitiones recipi- endas decernit. Loquor de Synagoga, iam reprobata post Christum crucifi- xum. Iosephum hoc voluisse constat, tum quia censuit veram Samuelis ani- mam apparuisse: *a*: tum quia narrat Catulum à spiritibus occisorum dire vexatum fuisse *b*, hoc idem censuere Simeon Ben-Ioaz in libro, *Mahbar Hafudoth*, Rabbenus Haccados, mul- tas memorans apparitiones, in libr. *Galazeya*, & alij citati à Leloyerio *c*, vbi etiam ex Cabbalisticis idem probat, qui non, *Neshama*; nec, *Ruah*; sed quod vocant, *Nephez*; illud nempe Gentilium simulacrum seu vmbra, de qua Seruius (Virgilius, *imaginem*, vocauit;) volunt post mortem circa sepulchrum conspici. Idem credunt Musselmanni ex suo Pseudo propheta *d*, vt Auenzoer, & Auicenna. Idem cè- luere Zoroaster, in *Magie*. & Zoar; idem Indorum Bragmanes Calecutij, Coloi-

A mi, Malabareses, & cæteri Orienta- les eadem Floridenses, Peruij, & cæteri occidentales credunt *f*. Hos visum fuit adducere; non quod ijs quidquam tribuam: sed quod contra Epicureos, qui scripturam sacram re- ijiunt; & contra Hæreticos, qui Eccle- siæ perpetuam sententiam aspernan- tur; vno dicam verbo, contra laruas & nugones, laruas etiam & nugas in a- ciem producere cogamur.

B Septimam probationem, legum, Tri- bunaliumque iudicialium suppeditant archiua. Nam & Vlpianus agnoscit, *o- fentum* quoddam, *φῶσμα τερατώδης*; *g* & Manes agnoscit Martian. *h* & Ma- gica sacrificia, quibus spiritus euocari putabantur, damnat Modestinus *i*; quod *M. mes accire*, vocat, & à multis fieri quæritur, & pœnam mortis sancit Imperat. Constantin. *k* quo loco in i- dem recidit alia lectio, quæ pro *Mani- bu. accitis*, habet, *Dæmonibus accitis*, *l* Manes enim vt plurimum erant ipsi dæmones, qui animas mentiebantur. Et hanc de animarum apparitione sententiam tenuere. **I. C.** non infimæ notæ, *Budau & Alciat. ad. d. l. ofentum*, *Christoph. Porcius s. sin. instit. de loca. Arnold. Ferron. in consuetud. Burdegal. Alex. ab Alex. in Genial. dier. lib. 2. cap. 9. & lib. 4. cap. 19. & lib. 5. cap. 23. & lib. 6. cap. 21. Didac. Couarruu. lib. 4. var. resol. cap. 6. Petr. Leloyer libr. 3. de spectr. toto, qui cap. 4. docet hoc etiam remisse Bar. Brissonium Curia Parisien. Præsidem quibus cum & sacra scripturæ, & concilio- rum, & sacrorum Patrum, & Theolo- gorum communis sententia suffrage- tur; cæteris Iurisconsultis contrariū sè- tientibus, illos non dubito preponendos.*

C *bu. accitis*, habet, *Dæmonibus accitis*, *l* Manes enim vt plurimum erant ipsi dæmones, qui animas mentiebantur. Et hanc de animarum apparitione sententiam tenuere. **I. C.** non infimæ notæ, *Budau & Alciat. ad. d. l. ofentum*, *Christoph. Porcius s. sin. instit. de loca. Arnold. Ferron. in consuetud. Burdegal. Alex. ab Alex. in Genial. dier. lib. 2. cap. 9. & lib. 4. cap. 19. & lib. 5. cap. 23. & lib. 6. cap. 21. Didac. Couarruu. lib. 4. var. resol. cap. 6. Petr. Leloyer libr. 3. de spectr. toto, qui cap. 4. docet hoc etiam remisse Bar. Brissonium Curia Parisien. Præsidem quibus cum & sacra scripturæ, & concilio- rum, & sacrorum Patrum, & Theolo- gorum communis sententia suffrage- tur; cæteris Iurisconsultis contrariū sè- tientibus, illos non dubito preponendos.*

E Octauo probatur conclusio, quoni- am perpetuus hic Ecclesiæ sensus fuit. Veteris quidem testamenti tempo- re, probatur, quia anima Samuelis

e vid. Pau. Vener. li. 3. cap. 28 f. Lem. A. poll. in his. Patu.

gl. often- rum. D. de ver. oblig

bl. in tan- cum de ret diuis. il. ex Se- natus cõ- sulto. ad l. Cornel. de ficar. Leloyer. lib. 3. ca. 3. bl. multi C. de mal. & mathè. sic legit. D. Aug. & Com- pend. Βασίλει

a Picus li. 5. contra astrolo. 8 Perle loyerins. 3. de spect. c. 9. & nos age- mus lib. 1. seq.

bl. 6. anti- quic. 15. bl. vlt. bel li. Jud. sub fin.

ed. l. 3. c. 5. & cap. 6.

d Azoar IX. XXVI & passim.

L.
 m. 1. Reg. 28.
 n. 6. antiquit.
 o. supra q. 6. vbi vide p. Betharm.
 l. de Purg. c. 6. & l. 4. de Christ. cap. 11. Belliolan. de Purg. l. 1. c. 11. Perer. de Magia. c. 9. Valer. in 3. disp. 11. q. 9. i. unct. 1. 9.
 9. Petr. de purgator. 6. 5. & qui fufiffime leuit. hanc cōtentionē his non citatis Alfonso. Médoza. scholast. quod lib. q. 5. 8.
 8.
 9. Tertul. adu. Praxeam.

apparuit Sauli, *m*, non carminis magici vj excitata, sed à Deo missa; hæc enim verior videtur sententia; quæ non veteribus tantum Rabbini Achæ, Saadiæ, Eleazaros; sed & Iosepho *n* (qui certe vni nouatori Dauidi Kimchi sunt præferendi) sed grauissimis quoque patribus placuit, Iustino, *contra Triphon.* & Augustino, *de cura pro mort.* quorum sententiam probauit superius *o*, vt consentaneam sacre scripturæ; & cui, si Ecclesiastici librum pro Canonico recipimus, vt Catholici omnes recipiunt, (de quo miror p. D. Thomam addubitasse 1. part. q. 89. art. 8. ad 2.) refragari non possumus, vt magni nostræ ætatis Theologi obseruarunt *q*. Nec sunt magni momenti, quæ nobis opponit Leloyeri-rius, *lib. 4. de spectr. capit. 1.* verbosius quam neruosius. Imprimis non distinguit inter hæc propositiones; *Samuel, vere apparuit in assumpto corpore, vi carminis Magici, seu virtute demonis;* & hæc; *Samuel vere apparuit in corpore assumpto iussu ac imperio Dei, deceptis Saule & Phytionissa, qui putabant magica hoc confectum euocatione.* Primam enim propositionem duntaxat Tertulli. Cyril. Anastasius & alij, quos adducit, Patres negarunt: idque meritisime: Secundam nemo illorum discussit, neque negavit; quam nos nunc asserimus, ideo coruunt omnes ferme Leloyeriij contra nos machinæ. Deinde vetauit (ait) Deus ne quis rei alicuius cognitionem à mortuis petat, eosue per magos similesque seductores consulat; quod cum contra Dei præceptum conaretur Saul; non est credendum Samuelem, summum diuinæ legis zelatorem, voluisse quasi cooperari, saltem fauere & satisfacere impio regi. *Respondeo*, missum à Deo Samuelem, vt impium regem corripere, eique instantia supplicia denunciaret, sicque eum ad pœnitentiam hortaretur. Sic legimus, vindictæ sumendæ à peccatoribus causa, similes apparitiones non raro factas, ob fores coronatas, Christianis, tempore Tertull. *r* diuinitus fuit flagris cæsus: quod factioni hæreticæ cōmunicasset. Netalius eodem modo ab angelis exceptus, auctore Eusebio *s*, de ciue Hipponensi, vt rem sibi notam, ob delatum peieraturo iusturandum, similia narrat Augustin. *r*: de Laurentio Cantuariensi Episcopo, fugam à grege meditante, ei B. Petrum plagas inflixisse, testis est Beda *n*: Hospiti, Mauritio imperante, B. Virgo in somnis apparens, eo quod blasphemantes hospitio non eiecisset, vimini genua circumarauit, & mane tibiam à cruribus inuentam abscessit, vt habetur in Nicephori historia. 3. obijcit, hunc fuisse dæmonem, quia nihil boni consilij dedit Sauli, neque eum ad pœnitentiam hortatus est, sed coniecit in desperationem. *Resp.* concionatorum & confessoriorum officium esse hominibus breuitatem vitæ proponere, & dicere illud Prophetæ; *Dispone domui tuæ, quia morieris & non viues:* item, *stulte hac nocte tollent à te animam tuam,* & alia huiusmodi, quibus sanctum inducant timorem: quod si peccatores inde ansam arripiant desperandi, culpa vacare concionatorem, sibi reū id debere imputare, quod bono pharmaco fit abusus, similia est. cernere in hoc factō Samuelis; qui, quæ ad pœnitentiam apta proponebat, Saul in malum succū conuertit. Deinde nemo nescit, non minus aliquando iuuare consilia & adhortationes; quæ non expressis verbis, sed indirecta quasi oratione proponuntur, virtutem enim hæc habent consolandi, & à malo reuocandi. Quæ oportuit aduersarium considerare, & tali argumento non vti. 4. respondet ad Ecclesiastici locum, *capit. 46. vers. 23.* duntaxat

A
 B
 C
 D
 E

7 li. 5. hist. cap. 28.

5 lectm. 17 inter ed. ros Lo- uanij. & Beda lib. 2. hist. c. 1.

4 li. 13. 33.

taxat voluisse scriptorem præcipuas Samuelis laudes ibi commemorare, parumque sollicitum fuisse, an visio illa ficta, an vera fuerit. Sed cõtra hoc, verba non patiuntur, nostra versio habet; *Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi; & ostendit illi finem vita sua, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia, delere impietatem gentu.*] Notum fecit regi, post mortem suam, ipse Samuel, siue postquam dormiuit. Sic Græce, καὶ μετὰ τὸ κοιναὶ αὐτὸν ὤρασε πρὸς τὸν βασιλέα: ipse igitur met prophetauit, qui mortuus: & ipse vocem suam de terra exiens edidit *ἐκ γῆς τῆν φωνὴν αὐτοῦ ὄρασε μὲν, moriturus, & patres obiicit. Auctorem, libri Græci quæstionum ab Orthodoxis: quem sane parum perite dicit eiusdem auctoritatis esse cum ipso Iustino Martyre contrarium tenente, temere vero, Jurisconsultus homo pronunciat, quæcumq; in illo libro tradita sunt, per omnia & in omnibus sacra scripturæ consentire; si locus hic foret, aut tempus permitteret, non de forent quæ obijcerentur. D. vero Augustinum etiam obiicit, non satis intellectum; Nam in lib. de cura pro mortuis, apertissime (quod bona cum venia aduersarij dictum) c. 15. nobiscum sentit August. vt alibi dixi, & clare iam Theologi nostri a ostenderunt. Alij patres nihil nobiscum pugnant, quia dum taxat negare voluerunt, vi carminis magici Samuelem excitari potuisse, & quia ipsi hanc apparitionem tribuebant magiæ Phitonissæ (quod nec necessarium erat, neq; verum) ideo ex tali suppositione necessario eo delapsi fuerent, vt negarent aliud quam dæmonem apparuisse. Nos quia suppositionem illam falsam putamus, ideo hac in re à patribus illis, ad alios patres recedimus, Deniq; obiicit, post multa impertinenter & ἀκατάσκευαστα, fufas illud, *cras mecum eris*, quod putat mendaciter dictum, si à*

A propheta dictum; ego veritatem huius dicti clare, *libr. hoc eodem qu. 6. tam proposui.* Certa satis ergo hæc SS. auctoritas de anima Samuelis.

B 2. Adhuc certius (vt ait. D. Augustinus b) est exemplum Moysis, qui cum fuerit verè mortuus c, cum Christo Domino in monte Thabor apparuit d, vt verisimilius arbitratur D. Augustin. in corpore assumpto, & ex aère formato, 3. exemplum est Ieremiæ & Oniæ, qui Iudæ Machabæo apparuerunt e

C Sed veniamus ad tempora Christianorum (vt Iudæos omittam, quibus hæc sententia constans fuit, exceptis Sadducæis) & quia promiscue hæretici negant apparitiones mortuorum, siue beati sint, siue non sint, in vniuersum: ideo nos in vniuersum de his, siue iam cælestes, siue nondum, agemus, & per ætates omnes Ecclesiæ descendemus, vt clarissimè appareat vere Catholicorum hunc semper sensum fuisse; aliorum quidem hoc affirmantium disputando, aliorum vero id satis aperte probantium exemplis apparitionum; quas pro verissimis habebant & narrabant.

D Initio ipso hæc fuit sententia primitiua Ecclesiæ & Apostolorum & ipsius Christi Domini; qui cū sciret Apostolos id credere, non modo illos nõ reprehendit & contrarium docuit; (quod non erat optimus magister, lux mundi vera, prætermisurus) sed potius hæc sententiam vt eorum animis firmiter infingeretur silentio suo, & indirecta reflectione comprobauit: vt mox videbimus. Nam cum post resurrectionem Christus Dominus ianuis clausis ad Apostolos fuisset ingressus, quod non putabant nisi à spiritu fieri posse, exultimarunt se spiritum videre, & ideo vehementer conturbati & conterriti fuerunt; quidem Theoph. expresse asserit

b d. cap. 15
c Deut. 34
in fin. &
in epi. Iud
& Iosue 1
& hoc omnino tenendum ostendit Alimendoz. d. q. 5
d Matt. 17.
Luc. 9.
e 1. Math. c. 15.

f Luc. 24.
v. 37. 102.
10. v. 39.

* vide li. 2
quæ. 6. &
quos cita.
ui fol. præ.
ced. lit. 1.

g Serm. 3.

h Mat. 14. vers. 26.

i Act. 12. v 25. i Galat. 5. v. 16. & 17

j 1. Pet. 3. v 9. & c. 4. v. 6

putasse eos esse animam aliquam, quæ ex altera vita redisset: quod idem D. August. g Eucherius, Beda & Hugo Card. & multi alij censuerunt, putabāt autem animam esse Christi, in corpore aëreo assumpto, non in corpore proprio; de cuius resurrectione nondū erant planè certi. Sciebat Christus cogitationes eorum, & respondet, palpatione veri corporis cognoscant se spiritum non esse. Eadem fuerat ante passionem suspicio ac metus Apostolorū, cum viderent eum ambulātem super aquas h, neque tum reprehensi, quod putarent esse, aliquando spectra, sed quia putabant Christummet ipsis tum non apparere. Eandem aliorum tum sententiam fuisse conuincitur ex B. Lucai, nam vniuersa quæ Hierosolymis erat Ecclesia, dicentem Rhodem, quod Petrus & ex carcere liberatus ante fores adstaret; dixit insanire, eo quod certo sibi persuaderet, Petrum viuere & in carcere detineri: animamque viuentis hominis extra corpus suum apparere non posse sciret; ideo de viui hominis anima puellæ errorem reprehendebat, & angelum in specie Petri credebatur; puellæ assensura si Petrum mortuum credidissent. Quo loco Græc. ἀγγέλῳ, est; vnde probat locus l aliquando per Angelos, ἑτεροπροσώπων, animas representari: præcedentia vero loca in Evangelijs apud Luc. non habent, ἀγγέλῳ, sed expressè habent, τὸ πνεῦμα: apud Matth. vero, φάντασμα. Ex quibus sic ratiocinamur; apud Matth. nomen genericum fuisse positum, vt intelligamus tam de angelis, quam animabus hanc opinionem viguisse: apud Luc. vero in Evangelio vocem τὸ πνεῦμα, positam, vt restringamus ad animas, vel saltē ad solos angelos nō restringamus: apud Luc. in Actis, angeli nomen positum, vt de Angelis idem censuisse

A Ecclesiam sciamus. Sane hæc adeo ferè sunt inseparabilia, vt & olim Saaducei, & hodie hæretici, vtrumque æque impugnent. Quis verò non rideat Lauatheri responsum πνεῦμα, pro Angelo tantum accipi? ergo spiritui resistens caro in membris nostris, illa non animæ sed angelo repugnat; vitur enim Paulus voce, πνεῦμα: ergo apud Petrum Christianima concionata fuit angelis, & non hominibus in inferno degentibus (ἐν τῷ αἰὲν πνεύματι. p) contra communem Antiquitatis consensum m. Ergò falso Athanas. n tradidit, in Hymno trium puerorum, πνεύματα, significare hominum animas; sed nugor, cum talia serio refello.

SECTIO V.

N Vnc ad dicta Conciliorū & Patrum & historicorū veniamus: quæ non obscure id docent & persuadent, nisi proterui, & pertinaces, quod hæreticorum est propriū, esse velimus, vnum illis effugij diuortium præcludamus, quidam omnes visiones negāt: qui sunt indigni quibuscum scriptis cõtendamus: eodem enim iure omnium Historiarum, omnium librorū, qui in sacro Canone (quem sibi quisque illorū, quem vult, hodie fingit, cras refringit) non continentur, fidem & auctoritatē repudiare possunt, quo quid infanius, quid cunctis rei publ. partibus est perniciosius, & graui vindicta dignius? Modestiores alij; Angelorū permittunt visiones, & recipiunt, pro lubito tamen suo: quando illis in disputando negotium non exhibent: sed ijde isti, veterem omnem memoriam sic interpretantur, vt contendunt, αὐλοπροσώπων, nunquam animas ne Beatorum quidem vel apparuisse, vel apparere: sed quancūque talia leguntur, de ἑτεροπροσώπων, facta, per bonos vel

malos

m Clemens
Alex. lib. 1.
& 6. Sm.
na. An.
Epist. Ha.
lar. in Pa.
118. Ep.
hæres 77.
Cyril. Al.
lib. de se.
cta fid. 4.
Theodor.
& lib. 12.
in Toiaz.
Amb. in
ead. c. 4.
Ron. Rat.
in Sym.
& alij.
Athen.
lib. de S.